BIBLIA VETERIS TESTAMENTI (PARS)
Deutschland (Sachsen ?), 2. Hälfte 13. Jh. Seite 131r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ne deus israhel factum est hoc malum in populo
tuo ut hodie una tribus auferetur ex
nobis. Altera autem die diluculo
consurgentes extruxerunt altare.
Optulerunt ibi holocausta et pacifi
cas victimas et dixerunt. Quis non
ascendit in exercitu domini de uni
versis tribubus israhel. Grandi enim iu
ramento se constrinxerant cum essent
in masfa interfici eos qui defuissent.
Ductique penitentia filii israhel super fratre suo be
niamin ceperunt dicere. Ablata est una
tribus de israhel, unde uxores accipient.
Omnes enim in commune iuravimus
non daturos nos his filias nostras. Id
circo dixerunt. Quis est de universis
tribubus israhel qui non ascendit ad do
minum in masfa. Et ecce inventi sunt
habitatores iabis galaad in illo exer
citu non fuisse. Eo quoque tempore cum es
sent in sylo nullus ex eis ibi repertus est.
Miserunt itaque decem milia viros ro
bustissimos et preceperunt eis. Ite et per
cutite habitatores iabis galaad in ore
gladii tam uxores quam parvulos
eorum. Et hoc erit quod observare debea
tis. Omne generis masculini et mulie
res que cognoverunt viros interficite
virgines reservate. Inventeque sunt
de iabis galaad. cccc. virgines que
nescierunt viri thorum. Et adduxerunt
eas ad castra in silo in terra chanaan.
Miseruntque nuntios ad filios beni
amin qui erant in petra remmon
et preceperunt eis ut eos in pace susci
perent. Veneruntque filii benyamin in
illo tempore et date sunt eis uxores de fili
abus iabis galaad. Alias autem non
repererunt quas simili modo trade
rent. Universusque israhel valde doluit
et egit penitudinem super interfectio

nem unius tribus ex israhel. Dixeruntque
maiores natu. Quid faciemus reli
quis qui non acceperunt uxores. Om
nes in benyamin femine conciderunt
et magna nobis cura ingentique stu
dio providendum est ne una tribus de
leatur ex israhel. Filias nostras eis dare non
possumus. constricti iuramento et
maledictione qua diximus. Male
dictus qui dederit de filiabus suis be
nyamin uxorem. Ceperuntque consili
um atque dixerunt. Ecce sollempnitas
domini est in sylo anniversaria que
sita est ad septentrionem urbis be
thel. et ad orientalem plagam vie que
de bethel tendit ad sicimam. et ad me
ridiem oppidi lebona. Preceperuntque
filiis benyamin atque dixerunt. Ite et
latitate in vineis. Cumque videritis
filias sylo ad ducendos choros ex mo
re procedere. exite repente de vineis et
rapite eas singuli uxores singulas
et pergite in terram beniamin. Cum
que venerint patres earum ac fratres
et adversum vos queri ceperint atque
iurgari, dicemus eis. Miseremini eorum.
Non enim rapuerunt eas iure bellan
tium atque victorum sed rogantibus ut
acciperent et non dedistis et a vestra par
te peccatum est. Feceruntque filii beni
amin ut sibi fuerat imperatum. et iux
ta numerum suum rapuerunt sibi
de his que ducebant choros uxores
singulas. Abieruntque in possessionem
suam edificantes urbes et habitan
tes in eis. Filii quoque israhel reversi sunt
per tribus et familias in tabernacula su
a. In diebus illis non erat rex in israhel. sed
unusquisque quod sibi rectum videba
tur hoc faciebat. Explicit liber Iudicum
Incipit liber Ruth